AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN DER DDR
ZENTRALINSTITUT
FÜR ALTE GESCHICHTE UND ARCHÄOLOGIE

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1981

# HOSIDII GETAE
## MEDEA
CENTO VERGILIANVS

EDIDIT
† ROSA LAMACCHIA

BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1981

*Tib.* = Tiberii Claudii Donati Interpretationes Vergilianae (ed. H. Georgii, Stuttgart 1905)
*Seru.* = Seruii Grammatici commentarii in Vergilium uoll. I–III (ed. Thilo–Hagen, Leipzig 1881)
*DSeru.* = Deuteroseruius uel Seruius Danielinus, ut uulgo dicitur
*Macrob.* = Macrobii Saturnalia (ed. G. Willis, Lipsiae 1963)
*Fulg.* = Fulgentii Expositio Virgilianae continentiae (Opera, ed. R. Helm, Lipsiae 1898, 83ss.)

## Editiones et philologorum scripta quibus in apparatu usi sumus


*Bae.* = Poetae Latini minores ed. Aem. Baehrens, uol. IV, Lipsiae 1882
*Bu.* = P. Burmanni Secundi Anthologia Veterum Epigrammatum et Poematum, t. I, Amstelodami 1759
*Ca.* = Hosidii Getae Medea, ed. P. Canal, Venetiis 1851, pp. XIV, 76
*Heins.* = Heinsius, N., in adnotationibus Burmannianae Anthologiae
*Hight.* = Hightius, O., in 'Mantissa adnotationum', t. II Anthologiae Burmannianae, p. 713ss.
*Klo.* = Klotzius, Ch. A., Antiburmannus, Jenae 1761
*Kro.* = Kroll, W., Hosidius Geta, RE VIII (1913) 2489
*Mariotti* = Mariotti, Sc., Appunti sul testo della 'Anthologia Latina', Bollettino Comitato Ediz. Classici, Acc. Lincei, n. s. fasc. 7, Roma 1959
*Mey.* = Meyerus, H., Anthologia Veterum Epigrammatum et Poematum, Lipsiae 1835
*Moo.* = Hosidius Geta's Tragedy Medea, ed. J. J. Mooney, Birmingham 1919
*Müller* = L. Müller, De re metrica poetarum Romanorum, Leipzig [2]1894
*Oudend.* = Oudendorpius, Fr., in adnotationibus Burmannianae Anthologiae
*Regel* = Regel, C., Quaestionum Vergilianarum criticarum specimen, diss. Cellis 1866, pp. 1–19
*Rie.*[1] = Anthologia Latina, rec. A. Riese, pars I, fasc. 1, Lipsiae 1869
*Rie.*[2] = Anthologia Latina, editio altera, rec. A. Riese, pars I, fasc. 1, Lipsiae 1894
*Schenkl* = Probae Cento, ed. C. Schenkl, Poetae Christiani Minores (CSEL 16), Vindobonae 1888
*Schrad.* = Schraderus, Fr. J., in adnotationibus Burmannianae Anthologiae
*Scriu.* = Scriuerius, P., Collectanea Veterum Tragicorum aliorumque fragmenta, Lugduni Bat. 1620
*Timpanaro*[1] = Timpanaro, S., Contributi di filologia e di storia della lingua latina, Roma 1978
*Timpanaro*[2] = Timpanaro, S., Canal Pietro, in: Dizionario biografico degli Italiani, vol. 17, p. 679
*Wakk.* = Wakkerus, J. Ph., in adnotationibus Anthologiae Burmannianae
*We.* = Poetae Latini Minores, editio Wernsdorfiana postuma, t. VII (curauit N. Lemaire), Parisiis 1826




# ⟨HOSIDII GETAE⟩

## MEDEA

⟨MED.⟩ Esto nunc Sol testis et haec mihi Terra precanti'
et Dirae ultrices' et tu, Saturnia Iuno:'
ad te confugio,' nam te dare iura loquuntur,
conubiis.' si quid pietas antiqua labores
respicit humanos,' nostro succurre labori,'
alma Venus,' aut quicumque oculis haec aspicis aequis.'
accipite haec meritumque malis aduertite numen.'
quid primum deserta querar?' conubia nostra
reppulit' et sparsos fraterna caede penates.'
quid Syrtes aut Scylla mihi, quid uasta Charybdis
profuerit' mediosque fugam tenuisse per hostis?'
improbe Amor, quid non mortalia ⟨pectora⟩ cogis?'
iussa aliena pati' iterumque reuoluere casus,'
ire iterum in lacrimas:' sed nullis ille mouetur
fletibus;' infixum stridit sub pectore uulnus.'
exstinctus pudor' atque inmitis rupta tyranni
foedera' et oblitus famae melioris amantis'

**1** *Aen. 12, 176* (precanti **M**c$\gamma^1$ *Seru. Tib.* uocanti **PR**$\omega\gamma$) ‖ **2** *Aen. 4, 610 + 12, 178* (= **29**) (et *uox communis, praef. p. VI, adn. 3* | Iuno **M**$\omega$ *Tib., cf. 12, 156; 3, 380; al.: Lam.*[1] *272)* ‖ **3** *Aen. 1, 666* (= **194**) + *1, 731* ‖ **4** *Aen. 3, 136 (4, 168) + 5, 688* ‖ **5** *Aen. 5, 689 + 9, 404* (= **28**) ‖ **6** *Aen. 1, 618 (10, 332) + 9, 209* (aspicis **P** aspicit *cett.*) ‖ **7** *Aen. 4, 611* ‖ **8** *Aen. 4, 677 + 4, 213* ‖ **9** *Aen. 4, 214 (7, 450) + 4, 21* (= **263**) (*Lam.*[2] *163s., 185*; et *uox comm.*) ‖ **10** *Aen. 7, 302* ‖ **11** *Aen. 7, 303* (profuit, *sed cf. Geo. 1, 451, ubi* profuerit *legitur; de re Lam.*[4] *17ss.*) + *3, 283* ‖ **12** *Aen. 4, 412* ‖ **13** *Aen. 10, 866 + 10, 61* (*Lam.*[2] *168*) ‖ **14** *Aen. 4, 413 + 4, 438* ‖ **15** *Aen. 4, 439 + 4, 689* (stridet **bcdr** *Tib.* stridit *cett.; Lam.*[2] *184*) ‖ **16** *Aen. 4, 322 + Geo. 4, 492* ‖ **17** *Geo. 4, 493 + Aen. 4, 221* (oblitos)

Medea **A** Hosidii Getae *et* tragoedia *addiderunt edd. Tertull. de praescript. haer. c. 39 coll.* (*Bu. adn. p. 149*) | *an* Medea *in* **A** *rubricae tantum locum tenet?* (*Lam.*[5] *314, 1*)
**1** Med. *add. Ca. Rie.* ‖ **5** respice homano nostro succurrere labri **A** *corr. Scriu.* ‖ **6** aut *'fortasse retinendum' Regel del. edd. u. male a poeta consutum ideoque non emendandum putaui* (*Lam.*[3] *192*) ‖ **12** pectora *supra lin. add.* **a** ‖ **14** moutur **A** ‖ **15** stridet *Scriu.* (*cf. autem loc. Verg.*)

oblitusue suae est;' lacrimae uoluuntur inanes.'
nusquam tuta fides,' uana spe lusit amantem,'
crudelis! quid, si non arua aliena domosque
ignotas peteret?' haec pro uirginitate reponit?'
heu pietas, heu prisca fides!' [et haec] captiua uidebo'
reginam thalamo cunctantem' ostroque superbo,'
haut impune quidem,' si quid mea carmina possunt!'

## CHORVS COLCHIDARVM

⟨CHOR.⟩ Rerum cui summa potestas,
precibus si flecteris ullis,
et si pietate meremur,
nostro succurre labori.
et tu, Saturnia Iuno,
cui uincla iugalia curae,
oculis haec aspicis aequis?
nemorum Latonia custos,
triuiis ululata per urbes,
sic nos in sceptra reponis?
quid, o pulcherrime coniunx,
potuisti linquere solam,
per tot discrimina rerum
nequiquam erepte periclis?
manet alta mente repostum,
quam forti pectore et armis,

**18** *Aen. 3, 629* (sui: *Lam.*[1] *269*) + *4, 449* || **19** *Aen. 4, 373* + *1, 352* || **20** *Aen. 4, 311* || **21** *Aen. 4, 312* (peteres) + *12, 878* || **22** *Aen. 6, 878* + *12, 63* | *de* captiua *praef. p. VII adn. 1* || **23** *Aen. 4, 133* (*Lam.*[2] *184s.*) + *1, 639* || **24** *Aen. 3, 628* + *9, 446* (*Lam.*[2] *167s.*) || **25** *Aen. 10, 100* (summa **M**[2]**P**γ ω *Macrob. 6, 2, 26 Augustin. Cons. Euang. 1, 12, 18 Ench. 3, 11* prima **MRaeuv**γ[1] *Tib.*: *Lam.*[1] *272*) || **26** *Aen. 2, 689* || **27** *Aen. 2, 690* || **28** *Aen. 9, 404* (= **5**) || **29** *Aen. 12, 178* (= **2**) || **30** *Aen. 4, 59* (=**115**) || **31** *Aen. 9, 209* || **32** *Aen. 9, 405* || **33** *Aen. 4, 609* (=**298**) || **34** *Aen. 1, 253* || **35** *Aen. 10, 611* || **36** *Aen. 9, 482* || **37** *Aen. 1, 204* (= **155, 184**) || **38** *Aen. 3, 711* (= **209**) || **39** *Aen. 1, 26* || **40** *Aen. 4, 11* (quem **F**, *corr.* **F**[1] quam *cett.*)

**18** suae est *def. Klo. (72)* sui est *Scriu. loc. Verg. coll.* (*Lam.*[1] *269*) || **21** petis? haec pro *Scriu.* peteret pro *edd. cett.*, *cf. tamen loc. Verg.* peterem? haec *temptauerim* (*Lam.*[1] *267*) || **22** et haec (*ex sup. u.?*) **A** *del. Scriu.* || **23** thalami cunctantes **A** *corr. Scriu.* || **24** aut impone **A** *corr. Scriu.* || chorus colcitarum **A** Chorus Colchicarum *Oudend. fortasse recte* (*Bu. adn. p. 152*); *uirorum uerisimilius quam mulierum chorum Hos. induxisse conieci* (*Lam.*[5] *319s.*) || **33** tribius **A** tribiis **A**[1] || **37** totu *ex* totum (*in rasura*) **A**[1] || **38** nequidquam *Bu.* || **40** quam *Ca.* quem **A** || *inter* **40** *et* **41** *lacunam con. edd.*; *ex Aen. 6, 111* (medioque ex hoste recepit) *supplendam esse con. Bu.* (*adn. p. 152*) *ex Aen. 5, 212* + *6, 111 Moo.*





quaesitas sanguine dotes.
felix, heu nimium felix,
dum fata deusque sinebant!
nescis, heu perdita, necdum
quae te dementia cepit,
caput obiectare periclis?
haec nos suprema manebant,
hoc ignes araeque parabant?
nostram nunc accipe mentem
uaginaque eripe ferrum
ferroque auerte dolorem!

## CREON – MEDEA

CR. Femina, quae nostris errans in' finibus hostis,'
flecte uiam uelis;' neque enim nescimus et urbem
et genus' inuisum' et non innoxia uerba;'
hostilis facies occurrat et omina turbet.'
MED. Nullae hic insidiae' nec tanta superbia uictis,'
[CR.] non ea uis animo' nec sic ad proelia ueni.'
⟨CR.⟩ Non ut rere meas effugit nuntius auris'
unde genus ducis' uarium et mutabile semper:'
tu potes unanimes armare in proelia fratres'

**41** *Aen. 7, 423* (= **253**) || **42** *Aen. 4, 657 in.* (*Lam*[3]*. 197*) || **43** *Aen. 4, 651* (sinebat **MPbn** *Seru. Tib.* sinebant **FP**[2]**p**γ ω *Macrob. 4, 6, 10*) || **44** *Aen. 4, 541* (= **199**) || **45** *Ecl. 2, 69* (*6, 47*) (= **135, 262**) || **46** *Aen. 2, 751* || **47** *Aen. 7, 128* (manebant **R** manebat *cett.*) (= **455**) || **48** *Aen. 4, 676* || **49** *Aen. 1, 676* (= **162, 448**) || **50** *Aen. 6, 260* || **51** *Aen. 4, 547* (*Lam.*[4] *165*) || **52** *Aen. 4, 211* (errans, *cf.* **A**) + *7, 469* (hostem; finibus *uox comm.*) || **53** *Aen. 5, 28* + *7, 195* || **54** *Aen. 7, 196* + *1, 28* (genus *uox comm.* = **406**) + *Geo. 3, 283* (*2, 129* | et *uox comm.*) || **55** *Aen. 3, 407* (ne *406*: *Lam.*[1] *266s.*) || **56** *Aen. 6, 399* + *1, 529* || **57** *Aen. 1, 529* + *10, 901* (nec *uox communis: Lam.*[2] *178s.*) || **58** *Aen. 7, 437* || **59** *Aen. 5, 801* + *4, 569* || **60** *Aen. 7, 335* (unanimes **b** unanimos **M**)

**41** quaesitae *Klo.* || **42** *ex priore hexam. parte excerptus, ut paroemiacus tamen legendus uidetur* (*cf. 295; Lam.*[3] *197*) || **44** necdum] nescis *con. Bae.* || **48** hoc *del. Rie.* (*Addenda ed. 1870 p. LVII*) *mire pedes singulos enumerauit Kro.* || **52** Cre. *in marg.* **A** | errant **A** errans **A**[1] *ex Verg. loc. def. Mariotti* (*priuatim per litteras*) erras *Scriu.* | hostis] hospes *Schrad.* (*cf. Bu. Mantissa 783*) || **53** flectem **A** || **54** *syllaba* -sum *producta in caesura, uersus cum hiatu legendus est* (*Lam.*[3] *178ss.*) || **55** facie **A** s *supra lin. add.* **A**[1] | ne *post* facies *ex Verg. loc. con. Bu.* (*adn. p. 153*) | turbat **A** turbet **A**[1] turbet? *Ca.* | occurris et omina turbas *Scriu.* || **57** Cr. *in marg.* **A** | uenis **A** *corr.* **A**[1]: *hoc mendo rubricator adductus personae notam huic margini praue adscripsit* || **58** Cr. *ante hunc u. recte transpos. Scriu.* (*Lam.*[5] *312ss.*)

funereasque inferre faces' et cingere flamma;'
pacem orare manu' et uertere sidera retro'
atque odiis uersare domos.' tibi nomina mille,
mille nocendi artes' fecundaque poenis
uiscera' notumque furens quid femina possit.'
cede locis' pelagoque uolans da uela patenti!'
MED. Rex, genus egregium,' liceat te uoce moneri.'
pauca tibi e multis,' quoniam est oblata facultas,'
dicam equidem, licet arma mihi mortemque mineris:'
ne pete conubiis natam!' meminisse iuuabit,'
dissice compositam pacem,' miserere tuorum!'
CR. Ne tantos mihi finge metus' nec omine tanto
prosequere!' causas nequiquam nectis inanes.'
stat sua cuique dies;' non ipsi exscindere ferro
caelicolae ualeant,' fati quod lege tenetur,'
nec mea iam mutata loco sententia cedit.'
MED. Non equidem inuideo' genero dignisque hymenaeis,'
non iam coniugium antiquum quod prodidit oro:'
tempus inane peto,' liceat subducere classem,'
extremam hanc oro ueniam.' succurre relictae,'
dum pelago desaeuit hiems;' miserere parentis,'
o genitor!' et nos aliquod nomenque decusque

61 *Aen. 7, 337* + *1, 673* (*9, 160; 10, 119*) (= 358) || 62 *Aen. 10, 80* + *4, 489* (*Lam.$^{2}$ 180s.*) || 63 *Aen. 7, 336* + *7, 337* || 64 *Aen. 7, 338* + *6, 598* (*Lam.$^{2}$ 171* | fecundaque/fecundum *uox comm.*) || 65 *Aen. 6, 599* + *5, 6* || 66 *Aen. 7, 559* + *Geo. 2, 41* || 67 *Aen. 7, 213* + *Aen. 3, 461* || 68 *Aen. 3, 377* + *Geo. 4, 437* || 69 *Aen. 11, 348* (minetur) || 70 *Aen. 7, 96* (*Lam.$^{2}$ 175*) + *1, 203* || 71 *Aen. 7, 339* (= 352) + *11, 365* (*12, 653*) || 72 *Aen. 7, 438* + *12, 72* || 73 *Aen. 12, 73* + *9, 219* (inanes **Pγc** inanis *cett.*) || 74 *Aen. 10, 467* + *6, 553* (ferro **M ω γ**$^{1}$ *Fulg. 100 (158)*, *cf. Aen. 9, 137* bello **FPRabnrtγ**: *Lam.$^{1}$ 274, Lam.$^{2}$ 178*) || 75 *Aen. 6, 554* + *12, 819* || 76 *Aen. 9, 220* || 77 *Ecl. 1, 11* + *Aen. 11, 355* || 78 *Aen. 4, 431* || 79 *Aen. 4, 433* + *1, 551* || 80 *Aen. 4, 435* + *9, 290* || 81 *Aen. 4, 52* + *12, 43* (*cf. Eurip. Med. 344*) || 82 *Aen. 7, 360* + *2, 89*

64 *priore hemist. metri uitio laborante u. tamen nullo modo emendandum putaui* (*cf. u. 65*) *emendare temptau. edd.*: uiscera *post* fecundaque *add. Scriu.*, semper *post* artes *Bu.*, testor *Oudend.*, mutas (*ex Aen. 12, 397*) *Moo. add.* || 65 *uitio secundi pedis mancus uidetur* sunt *post* uiscera *add. Oudend.*, *totum u. praeteriit Scriu.* || 64 *et* 65 *ex hemistichiis inter se male coniunctis Hosidium composuisse significau. Rie.* (*cf. Lam.$^{3}$ 190, 200*) || 67 moneri] moueri *Scriu.* || 70 natum *Mey.* || 73 *syllaba* -re *producta* (*utpote in caesura*) *u. legendum esse putaui* (*Lam.$^{3}$ 176, 3*) | prosequere tanto causaus **A** pr. ah causas *Scriu.* pr. en causas *Bu.* pr.: causas *Rie.* | nequiquam *Rie.* nequicquam **A** nequidquam *Ca.* || 79 subdure **A** *supra lin.* ce *add.* **a** || 80 oram **A** || 81 tē (*fort. ex* īe) **A** hiems *supra lineam scrips.* **a**





gessimus:' scis ipse neque est te fallere quicquam.'
nunc uicti, tristes (quoniam fors omnia uersat),'
submissi petimus terram' litusque rogamus
innocuum: 'neque te ullius uiolentia uincat.'
CR. Quid causas petis' in me exitiumque meorum?'
quicquid id est, timeo' uatum praedicta priorum.'
eia, age, rumpe moras:' quo me decet usque teneri?'
MED. Quem sequimur quoue ire iubes, ubi ponere sedes?'
CR. Ire ad conspectum cari genitoris et ora,'
dum curae ambiguae, dum spes incerta futuri.'
MED. Nunc scio quid sit amor!' hospitio prohibemur harenae,'
nec spes ulla fugae,' nulla hinc exire potestas'
quassataeque rates' geminique sub ubere nati'
et glacialis hiems aquilonibus asperat undas.'
si te nulla mouet tantae pietatis imago,'
indulge hospitio' noctem non amplius unam,'
hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo.'
CR. Desine iam tandem:' tota quod mente petisti,'
largior,' et repetens iterumque iterumque monebo:'
si te his adtigerit terris Aurora morantem,'
unum pro multis dabitur caput.'

83 *Aen. 2, 90* + *Geo. 4, 447* || 84 *Ecl. 9, 5* (sors *recc.*) || 85 *Aen. 3, 93* + *7, 229* || 86 *Aen. 7, 230* + *11, 354* (nec) || 87 *Aen. 8, 395* (= 269) + *8, 386* (exiciumque **b** excidiumque *cett.*: *Lam.$^{1}$ 270s.*) || 88 *Aen. 2, 49* + *4, 464* (= 110) (priorum **FPp ω γ** *Prisc. 7, 77* piorum **M** *Lact. div. 2, 17, 2*, *cf. Serv. ad l.*: *Lam.$^{1}$ 272*) || 89 *Aen. 4, 569* + *5, 384* (= 372) || 90 *Aen. 3, 88* || 91 *Aen. 6, 108* || 92 *Aen. 8, 580* || 93 *Ecl. 8, 43* + *Aen. 1, 540* || 94 *Aen. 9, 131* + *9, 739* || 95 *Aen. 4, 53* + *5, 285* (ubere **P$^{1}$Vp ω** ubera **MP$^{2}$R**, *cf. codd. Aus. cent. 63* | *de re Lam.$^{2}$ 180*) || 96 *Aen. 3, 285* || 97 *Aen. 6, 405* (*Lam.$^{2}$ 173s.*) || 98 *Aen. 4, 51* + *1, 683* || 99 *Aen. 9, 291* || 100 *Aen. 12, 800* + *4, 100* || 101 *Aen. 10, 494* + *3, 436* || 102 *Aen. 4, 568* || 103 *Aen. 5, 815* (*cf. Eurip. Med. 352ss.*; *Sen. Med. 297ss.*) *uersus imperfectus*

83 *u. male consutum perperam(?) emendau. edd.*: et *ante* scis *add. Scriu.*, ut *Bu.*; *uide autem u. 65, al.* || 87 *u. male consutum perperam emendau. edd.*: aut *post* petis *add. Scriu.* quid causas petis ex alto, excidiumque meorum *con. Bu.* quid c. p. in meque exitiumque meorum *con. Ca.* (*43*) *an Hos. syllabam* pe- *ita produxit ut uersus recte legeretur?* (*cf. u. 269*) | exiciumque **A** excidiumque *Bae.* || 89 dcit **A** *corr.* **a** *in dextro marg.* || 93 hospicio proibemur arenae **A** | *u. male consutum perperam emendau. edd.*: nunc scio quid sit: et hospitio *Scriu.* (*contra contendit Bu. adn. p. 156*) *num* spatio *pro* hospitio *Hos. scripsisset dubitau. Ca. uel hemist. transpositis uu. 93 et 94 ita legendos con.*: nunc scio quid sit amor, 'nulla hinc exire potestas/nec spes ulla fugae,' hospitio prohibemur harenae (*adn. p. 43*) || 97 nullam habet **A** *ex loc. Verg. corr. Scriu.* || 101 at *Scriu.* | mobebo **A** n *supra priorem* **b** *scrips.* **A$^{1}$**

## VOX DEINTVS – CHORVS

VOX O digno coniuncta uiro,' dotabere, uirgo!'
ferte facis propere,' thalamo deducere adorti,'
ore fauete omnes et cingite tempora ramis.'
⟨CHOR.⟩ Velamus fronde per urbem
uotisque incendimus aras.
heu, corda oblita' tuorum,
uatum praedicta priorum,
fati sortisque futurae!
spe multum captus inani,
mactat de more bidentis
Phoeboque patrique Lyaeo,
cui uincla iugalia curae,
cumulatque altaria donis.
tremere omnia uisa repente,
fibrae apparere minaces,
uox reddita fertur ad aures:
thalamis neu crede paratis!
funus crudele uidebis.
carpebant' membra quietem,
animalia somnus habebat,
ferali carmine bubo
in fletum ducere uoces:
tristis denuntiat iras.
quae tanta insania, ciues,
uelati' tempora ramis?
thalamo deducere adorti,

**104** *Ecl. 8, 32* + *Aen. 7, 318* (*Lam.*$^2$ *173s.*) ‖ **105** *Aen. 12, 573* (faces) + *6, 397* (= **129**) (*Lam.*$^2$ *169s.*) ‖ **106** *Aen. 5, 71* (tempora cingite **R**) ‖ **107** *Aen. 2, 249* ‖ **108** *Aen. 3, 279* ‖ **109** *Aen. 9, 225* (*4, 528*) (heu *Hos. add. ex Aen. 4, 267*) + *1, 257, al.* ‖ **110** *Aen. 4, 464* (= **88**) ‖ **111** *Aen. 10, 501* ‖ **112** *Aen. 11, 49* ‖ **113** *Aen. 4, 57* (mactat *Macrob. 3, 5, 2; 3, 12, 10; Arus. GLK VII 493, 25* | lectas *om. Hos.* | uidentis **R** *ut* **A**) ‖ **114** *Aen. 4, 58* ‖ **115** *Aen. 4, 59* (= **30**) ‖ **116** *Aen. 11, 50* (= **418**) ‖ **117** *Aen. 3, 90* ‖ **118** *Geo. 1, 484* ‖ **119** *Aen. 3, 40* (aures **M**$\gamma^1$ auris **F**$\gamma$) ‖ **120** *Aen. 7, 97* ‖ **121** *Aen. 11, 53* ‖ **122** *Aen. 4, 522* + *1, 691* (*8, 30*, *sed cf. Seru. ad Aen. 1, 388: Lam.*$^1$ *273*) ‖ **123** *Aen. 3, 147* ‖ **124** *Aen. 4, 462* ‖ **125** *Aen. 4, 463* ‖ **126** *Aen. 3, 366* ‖ **127** *Aen. 2, 42* ‖ **128** *Aen. 11, 101*$^{in}$ + *8, 286*$^{ex}$ (ramis *uox comm.: Lam.*$^1$ *273s.*) ‖ **129** *Aen. 6, 397* (= **105**)

**106** ramis] flammis **A** *corr. Bu. loc. Verg. coll.* palmis *Scriu.* ‖ **107** uelemur *Scriu.* (*contra uide Bu. adn. p. 157 ad loc.*) ‖ **112** spem **A** (*Lam.*$^1$ *260*) ‖ **118** apparere *Scriu. loc. Verg. coll.* apparuere **A** ‖ **120** neu] ne *Scriu.* ‖ **121** credele **A** crudele **A**$^1$ ‖ **126** risus denuntiat (denuntias **A**) **A**$^1$ *corr. Scriu.* uisus denuntiat *con. Ca.* (*adn. p. 46*) ‖ **128** uelati] euincti (*ex Aen. 8, 286*$^{ex}$) *Scriu.* ‖ **129** thalami **A** *corr. Scriu.*





quaeso, miserescite regi!
recubans sub tegmine fagi
diuino carmine pastor
uocat in certamina diuos:
ramo frondente pependit.
quae te dementia cepit,
saxi de uertice pastor,
diuina Palladis arte
Phoebum superare canendo?
raptim secat aera pinnis
fugiens Minoia regna,
ausus se credere caelo
uitamque relinquit' in auras.
demens uidet agmina Pentheus:
caput a ceruice reuulsum.
incensas pectore matres,
uocat agmina saeua sororum:
iuuenem sparsere per agros.

## MEDEA – NVTRIX

MED. En, quid ago?' uulgi quae uox peruenit ad aures?'
obstipui,' magnoque irarum fluctuat aestu'
durus amor;' taedet caeli conuexa tueri.'

**130** *Aen. 8, 573* (regis: *Lam.*$^1$ *278*) ‖ **131** *Ecl. 1, 1* ‖ **132** *Ecl. 6, 67* (*Lam.*$^2$ *166*) ‖ **133** *Aen. 6, 172* ‖ **134** *Aen. 7, 67* ‖ **135** *Ecl. 2, 69* (*6, 47*) (= **45**, **262**) ‖ **136** *Aen. 2, 308* ‖ **137** *Aen. 2, 15* (*Lam.*$^2$ *166*) ‖ **138** *Ecl. 5, 9* (Phoebum certet *recc.*) ‖ **139** *Geo. 1, 409* (aethera pennis) ‖ **140** *Aen. 6, 14* ‖ **141** *Aen. 6, 15* ‖ **142** *Aen. 5, 517* (reliquit) + *11, 617* (dispergit | uitam *uox comm., Lam.*$^1$ *278*) ‖ **143** *Aen. 4, 469* ‖ **144** *Geo. 4, 523* (reuulsum **M**$\gamma^1$) ‖ **145** *Aen. 7, 392* (accensas, *sed cf. Aen. 4, 376* incensa | *de re Ou. Met. 3, 710ss.*) ‖ **146** *Aen. 6, 572* (*Lam.*$^2$ *183s.*) (= **302**) ‖ **147** *Geo. 4, 522* ‖ **148** *Aen. 4, 534* + *2, 119* (ut uenit | aures **M**$^2$ auris *cett. cf. Sen. Med. 116*) ‖ **149** *Aen. 2, 560* (*2, 774; 3, 48; 3, 298*) + *4, 532* ‖ **150** *Geo. 3, 259* + *Aen. 4, 451*

**130** quesub m. **A** *corr. Scriu.* | regis *ex Verg. edd., perperam, ut putaui* (*Lam.*$^1$ *277s.*) ‖ *post u. 130 lacunam notau. Scriu. ex Aen. 6, 620 suppl. Moo.* ‖ **133** diuas *Scriu.* ‖ **135** *aut delendum aut post 141 transponendum putau. Oudend.* ‖ **138** canendum **A** canendo **A**$^1$ ‖ **139** secatera **A** secat aera *Bu.* secat aethera *Ca. Bae. loc. Verg. coll.* ‖ **142** auris *Schrad.* undis *dubitanter con. Ca.* (*adn. p. 47*), *uide autem Lam.*$^1$ *278* ‖ **144** *crucibus inclusit Rie.*$^1$ *hac adnotatione: 'uel spurium uel post 147 ponendum' post 146 transpos. Rie.*$^2$ ‖ **145** ingensas pectore matres **A** accensas p. m. *Bu.* (*Addenda 726*) incensa pectore matre *Schenkl* incenso pectore mater *con. Ca.* (*adn. p. 47s.*) ‖ **146** uocat *pro* uocant *adhibitum suspicatus est Tandoi* (*cf. Hofmann-Szantyr 431*) ‖ *uersuum seriem ita commutandam con. Gamberale* (*priuatim*): *144, 146, 145, 147, fortasse recte* ‖ **147** peagros **A** ‖ **148** ad *supra lin. add.* **A**$^1$ ‖ **149** fructuat **A** ‖ **150** tedit **A**

quae potui, infelix! quae meme in omnia uerti,'
cui pecudum fibrae, caeli cui sidera parent,'
heu, Furiis incensa feror!' stat gratia facti:'
illum ego per flammas et mille sequentia tela'
per uarios casus, per tot discrimina rerum,'
eripui leto; fateor me,' arma impia sumpsi.'
sed quid ego haec autem nequiquam ingrata reuoluo?'
quid loquor aut ubi sum?' ictum iam foedus et omnes
compositae leges.' credo, mea uulnera restant.'
NVTR. Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit,'
sed cape dicta memor, duri solacia casus,'
sensibus hic imis' nostram nunc accipe mentem:'
heu, fuge crudelis terras, fuge litus auarum!'
MED. Cara mihi nutrix,' claudit nos obice pontus,
deest iam terra fugae,' rerum pars altera adempta est.'
hac gener atque socer' patriaque excedere suadet.'
NVTR. Tu ne cede malis, sed contra audentior ito'
et quocumque modo fugias⟨que⟩ ferasque laborem,'
tu modo posce deos ueniam,' tu munera supplex
tende petens pacem' causasque innecte morandi'
[MED.] carminibus:' forsan miseros meliora sequuntur.'
⟨MED.⟩ Nunc oblita mihi tot carmina,' uox faucibus haesit;'
mens immota manet' et caeco carpitur igni.'
carmina uel caelo possunt deducere lunam,'

**151** *Aen. 7, 309* (memet) || **152** *Aen. 10, 176* || **153** *Aen. 4, 376 + 4, 539* || **154** *Aen. 6, 110* || **155** Aen. *1, 204* (= 184$^{in}$ + 37) || **156** *Aen. 2, 134* (fateor leto me) + *12, 31* (eripui *uox communis*) || **157** *Aen. 2, 101* (= 222) || **158** *Aen. 4, 595 + 12, 314* || **159** *Aen. 12, 315 + 10, 29* || **160** *Aen. 6, 37* (*Lam.*$^{2}$ *182*) || **161** *Aen. 6, 377* || **162** *Ecl. 3, 54 + Aen. 1, 676* (= 49, 448) || **163** *Aen. 3, 44* || **164** *Aen. 4, 634* (Annam *om. Hos.*) + *10, 377* || **165** *Aen. 10, 378 + 9, 131* (fugae *uox comm.*) || **166** *Aen. 7, 317 + 1, 357* || **167** *Aen. 6, 95* || **168** *Aen. 3, 459* (quo quemque) || **169** *Aen. 4, 50 + Geo. 4, 534* || **170** *Geo. 4, 535 + Aen. 4, 51* || **171** *Ecl. 8, 70* (*Geo. 2, 394*) + *Aen. 12, 153* (sequentur) || **172** *Ecl. 9, 53* (nunc) + *Aen. 2, 774* (*3, 48; 4, 280; 12, 868* | uox *uox comm.*) (= 316) || **173** *Aen. 4, 449 + 4, 2* || **174** *Ecl. 8, 69*

**151** meme **A** *non emendandum atque hemist. cum hiatu legendum putauerim* (*de accusatiui 'me, te, se' geminatione uide Timpanaro 207–217*) memet *Bu. loc. Verg. coll.* || **156** fateor me **A** *defend. Mariotti* (*ut mecum communicauit*) me *del. Bu.* (*adn. p. 160, uide autem Lam.*$^{1}$ *263 s.*) || **162** hic] haec *ex Ecl. 3, 54 con. Hight.* (*cf. Bu. Mantissa 713*) || **166** hac *ex Verg. Wakk.* haec **A** | suadet *Rie.* suadit **A** suasit *Bu.* || **168** quo quemque *ex Verg. loc. Rie.* | fugiasque *ex Verg. Bu.* fugias **A** || **171** M *in marg.* **A** *ante u. 172 iure transpos. Bu.* (*Lam.*$^{5}$ *315*) | secuntur **A** sequentur *ex loc. Verg. Bu.* (*adn. p. 161*) || **172** nunc] non **A** *ex Verg. corr. Bu.* | *u. male consutum uarie emendau. edd.*: carmina nunc oblita mihi, uox faucibus haesit *con. Bu.* (*adn. p. 161*) nunc oblita mihi tot carmina faucibus haerent *con. Ca.* (*adn. p. 50*), *aliter alii* || *uu. 174 et 175 nutrici tribuendos con. Ca.* (*adn. p. 50*)





sistere aquam fluuiis,' deducere montibus ornos.'
has herbas atque haec Ponto mihi lecta uenena
ipse dedit [mihi]:' nihil ille deos, nil carmina curat.'
NVTR. Quid struis? aut qua spe inimica in gente moraris?'
⟨MED.⟩ Aut pugnam aut aliquid iam dudum inuadere magnum,'
seu uersare dolos seu certae occumbere morti.'

## IASON – SATELLES – MEDEA

IAS. Quod uotis optastis, adest:' timor omnis abesto.'
hic domus, hic patria est,' nullum maris aequor arandum;'
soluite corde metum' tandem tellure potiti'
per uarios casus.' bene gestis corpora rebus
procurate, uiri;' iuuat indulgere choreis.'
SAT. Vnde tremor terris? qua ui maria alta tumescunt?'
quid tantum Oceano properant se tingere soles?'
nescio quid certum est:' in nubem cogitur aer.'
aspice conuexo nutantem pondere mundum,'
et fratris radiis obnoxia surgere Luna.'
IAS. Media fert tristis sucos,' nigrisque infecta uenenis,'
quo thalamum eripiat' atque ossibus implicet ignem.'
fare age, quid uenias, iam ⟨i⟩stinc et comprime gressum.'

**175** *Aen. 4, 489 + Ecl. 6, 71* || **176** *Ecl. 8, 95* || **177** *Ecl. 8, 96 + 8, 103* || **178** *Aen. 4, 235* (struit . . . moratur) || **179** *Aen. 9, 186* || **180** *Aen. 2, 62* || **181** *Aen. 10, 279 + 11, 14* || **182** *Aen. 7, 122* (hic patria **c** haec patria *cett.*) + *3, 495* (= 248) || **183** *Aen. 1, 562 + 3, 278* || **184** *Aen. 1, 204* (= 155) + *9, 157* || **185** *Aen. 9, 158 + 9, 615* || **186** *Geo. 2, 479* (tumescunt **n** tumescant *cett.*) || **187** *Geo. 2, 481* (*Aen. 1, 745*) (properent) || **188** *Ecl. 8, 107* (quid certest **Pa** certe est **M**$^{2}$**a**$^{1}$ certi est **M**$^{1}$ certum est – *ut Hos. – Fulg. 84, 6*) + *Aen. 5, 20* || **189** *Ecl. 4, 50* || **190** *Geo. 1, 396* (nec, *sed cf. schol. Stat. Theb. 10, 146, ubi* et *ut apud Hos. legitur*) || **191** *Geo. 2, 126 + Aen. 4, 514 + Aen. 7, 341* (= 345 | uenenis *uox comm.* | *Lam.*$^{1}$ *265 s.*) || **192** *Aen. 7, 388 + 1, 660* || **193** *Aen. 6, 389* (stinc **M** *ut* **A** istic **b**)

**176** erbas **A** h *antep.* **a** | atque] ad **A** || **177** mihi *del. Bu.* | nichil carmina **A** | curat *initio insequentis uersus exhibet* **A** *nota* N *margin. addita uerba suo loco restit. Bu.* (*cf. Lam.*$^{5}$ *315*) || **178** quid stabis **A** *corr. Bu. loc. Verg. coll.* || **179** *et* **180** *Medeae tribuerunt Ca.* (*cf. adn. p. 50 s.*) *et Rie.* || *post u. 179 unum u. excidisse con. Bu. atque ex Aen. 9, 187*$^{in}$ + *2, 576*$^{ex}$ *suppl.* mens agitat; certum est sceleratas sumere poenas (*adn. p. 161*) || Iason S. Atelles Mede **A** || **182** haec patria *Rie. loc. Verg. coll.* || **187** properant *Ca.* (*cf. u. 186*) properent **A** || **188** quid] quod **A** | certum **A** *retinendum putaui* | nescio quid certe est *ex ecl. 8, 107 con. Bu.* (*adn. p. 162*), *in text. recep. Ca.* || **190** *ante 188 transtulit Ca.* || **191** *u. uno pede superfluo uarie emendau. edd.*: nigrisque *del. Bu.* (*Addend. 703*) Media *tamquam interpolatum expunx. Wakk.* (*de re Lam.*$^{1}$ *265 s. et adn. 26*) *utramque uocem retinendam esse* (*cf. locos Verg.*) *putaui* || **193** iam istinc *Bu.* iam sting **A** iam stinc *Bae.* | comprome ressum **A** | iam stringe et comprime gressum *con. Bu.* (*adn. p. 162*)

MED. Ad te confugio,' precibusque inflectere nostris,'
o dulcis coniunx, non haec sine numine diuum
195 a euenium.'
tanta meae si te ceperunt taedia laudis,'
hos cape fatorum comites, his moenia quaere!'
IAS. Non fugis hinc praeceps, dum praecipitare potestas,'
iam propiore die?' nescis, heu perdita, nescis'
nec quae te circumstent deinde pericula cernis!'
MED. Hanc quoque deserimus sedem;' tibi ducitur uxor.'
cui, pater et coniunx, quondam tua dicta relinquor?'
et sedet hoc animo,' dotalis regia cordi est'
externique iterum thalami.'
mene fugis?' hoc sum terraque marique secuta?'
hic labor extremus, longarum haec meta uiarum,'
hi nostri reditus exspectatique triumphi?'
quid tua sancta fides?' iterum crudelia retro
fata uocant.' tantis nequiquam erepte periclis,'
mene fugis? per ego has lacrimas,' per siquis amatae
tangit honos animum,' per inceptos hymenaeos,'
per conubia nostra' et mensas quas aduena adisti
te precor:' miserere animi non digna ferentis.'
namque aliud quid sit, quod iam implorare queamus?'
ipse mihi nuper Libycis tu testis in undis,'

194 *Aen. 1, 666* (= 3) + *12, 800* || 195 *Aen. 2, 777* (numine diuum **M**) || 195 a *Aen. 2, 778* || 196 *Geo. 4, 332* || 197 *Aen. 2, 294* (*cf. Eur. Med. 347*) || 198 *Aen. 4, 565* || 199 *Aen. 6, 51* (deo **cerv** dei **R**) + *4, 541* (necdum *codd. Verg.*, nescis *Probae cent. u. 265*) (= 44) || 200 *Aen. 4, 561* || 201 *Aen. 3, 190* + *Ecl. 8, 29* || 202 *Aen. 2, 678* (*Lam.*$^{2}$ *183*) || 203 *Aen. 2, 660* + *11, 369* (= 450) || 204 *Aen. 6, 94 u. imperfectus* || 205 *Aen. 4, 314* (= 210) + *9, 492* || 206 *Aen. 3, 714* (extre **P** *ut* **A**) || 207 *Aen. 11, 54* (hi *codd. Verg.* | exspectatique **P** exoptatique **Ra**: *de re Lam.*$^{2}$ *172*) || 208 *Aen. 7, 365* + *Geo. 4, 495* || 209 *Geo. 4, 496* + *Aen. 3, 711* (= 38) || 210 *Aen. 4, 314* (= 205) + *12, 56* (Amatae | per ego has lacrimas *uoces comm.*) || 211 *Aen. 12, 57* + *4, 316* || 212 *Aen. 4, 316* + *10, 460* || 213 *Aen. 10, 461* (*10, 525*) + *2, 144* || 214 *Aen. 10, 19* (aliut **MP** *ut* **A**) || 215 *Aen. 5, 789*

195 nomine **A** || 195 a euenium] *hoc uerbum, tamquam uersum imperfectum, a u. 196 recte seiunxit Regel* (7), *cf. Lam.*$^{3}$ *202 s. expunx. Bae.* || 196 eueniunt tante me si **A** tante me *expunx. Bu.* eu. tanta meae si te cep. taedia laudis *uno eodemque uersu comprehendit Rie.* || 197 fatorum] factorum *Rie.* || 199 propiore die *Ca.* propriora die **A** propiore deo *con. Bu.* (*Lam.*$^{1}$ *269*) || 200 nec quae] neque **A** | cernis] nescis **A** *corr. Bu. loc. Verg. coll.* || 206 extre **A** *corr. Bu.* || 207 hic **A** (*cf. Bu. adn. p. 163*) || 209 nequaquam **A** *corr. Bu.* | ereptae **A** erepte **A**$^{1}$ erepta *Mey.* || 211 *et* 212 *male consuti: 211$^{ex}$ et 212$^{ex}$ a librariis inter se permutatos esse con. Bu., 211$^{in}$ et 212$^{in}$ permutau. Ca.* (*cf. tamen Lam.*$^{3}$ *185*) || 212 aduenas-**A** || 213 *u. male consutus* (*cf. u. 83, al.*) o *post* precor *add. Bu.* || 214 inplorareq;amus **A**





dum rauca adsiduo longe sale saxa sonabant,'
†infixure† mari' tantis surgentibus undis,'
luctantis uentos tempestatisque sonoras'
compressi et rabiem tantam caelique marisque.'
unius in miseri exitium' proque omnibus unum'
obieci caput,' id sperans fore munus amanti.'
sed quid ego' ambages et iussa exorsa' reuoluo?'
nil super imperio moueor; sperauimus ista'
tempore, quo primum' fortes ad aratra iuuencos'
semine ab aetherio spirantis naribus ignem'
obieci:' satis immanis dentibus hydri'
erupit legio et campo stetit agmen aperto,'
telorum seges et iaculis increuit acutis,'
ferrea progenies duris caput extulit aruis.'
illi inter sese magna' ui uulnera miscent'
confixique suis telis et pectora duro
transfossi ligno' animasque in uulnera ponunt.'
aurum ingens coluber' seruabat in arbore ramos',

216 *Aen. 5, 866* (tum *codd. Verg.* | longo [*ut* **A**] *Pomp. 303,31*) || 217 *Aen. 5, 193* (Ionioque) + *6, 354* (nauis *om. Hos.*) || 218 *Aen. 1, 53* (luctantes **Rp** luctantis *cett.*) || 219 *Aen. 5, 802* || 220 *Aen. 2, 131* + *3, 435* || 221 *Aen. 8, 145* + *6, 526* (magnum *om. Hos.*) || 222 *Aen. 2, 101$^{in-ex}$* (= 157) + *Geo. 2, 46$^{me}$* (iussa *pro* longa *ueris. ex Aen. 5, 749 scrips. Hos.*) || 223 *Aen. 10, 42* || 224 *Aen. 9, 80* + *Geo. 3, 50* (fortes **M**$^{2}$ fortis **P**) || 225 *Aen. 7, 281* (flagrantis **F** spirantis **M** γ **R** ω *Tib., cf. Geo. 2, 140*) || 226 *Aen. 8, 145* + *Geo. 2, 141* || 227 *Geo. 2, 280* (erupit *pro* explicuit *ueris. ex Geo. 4, 313* [erupere] *scrips. Hos.*) || 228 *Aen. 3, 46* || 229 *Geo. 2, 341* (ferrea **MPR** ω γ *schol. Bern. Seru.* terrea **M**$^{2}$ *DSeru. Lact. diu. 2, 10, 6: Lam.*$^{1}$ *271*) || 230 *Geo. 4, 174* + *Aen. 12, 720* (ui *uox comm.*) || 231 *Aen. 9, 543* || 232 *Aen. 9, 544* + *Geo. 4, 238* (uulnera **Rc** γ *Macrob. 6, 6, 19, schol. Iuu. 4, 91* uulnere **MP** ω *Non. 233,1, Asp. GLK VIII 60, 12, schol. Bern., Seru. ad l.: Lam.*$^{1}$ *278*) || 233 *Aen. 7, 352* (*Lam.*$^{1}$ *261 s.*) + *4, 485*

216 tum *Rie.* | rauco adsiduae longo **A** *corr. Ca. loc. Verg. coll.* (*adn. p. 55*) || 217 infixure **A** *locum corrupt. multimodis emendare conati sunt edd.*: incubuere (*ex Aen. 1, 84*) *Bu.* Ionioque (*ex Aen. 5, 193*) *Rie.* infidoque (*ex Geo. 1, 254*) *dubitanter coniecerim* || 218 tempestatis quos honoras **A** *corr. Bu.* (*uide autem eius adn. p. 164*) || 221 obiecit **A** *corr. Bu.* | hid spe feror munus **A** *corr. Bu. loc. Verg. coll.* || 222 iussa] longa *Moo.* || 224 quo] qui **A** | fasces ad a. iouencos **A** *corr. Bu.* || 225 semina et eterios **A** *corr. Regel* (8) *loc. Verg. coll. locum inter stellulas posuit Bu.* (*cf. autem adn. p. 165 ubi ex Geo. 2, 140 ita con.*: seminaque et tauros) *hemist. 225$^{in}$ et 226$^{in}$ commutatis* obieci et tauros *scripsit Bae.* || 226 obieci satis **A** *metri causa emendau. edd.*: obieci atque satis *ex loc. Verg. Schenkl* obieci unde satis *con. Bu.* (*adn. p. 165*) obieci et satis *Rie.* seminibusque satis *Bae.* || 227 erupit *Ca. prob. Timpanaro*$^{2}$ *679* (*Lam.*$^{1}$ *268*) eripuit **A** explicuit *ex loco Verg. Bu.* exiluit *Rie.*$^{2}$ || 228 celorum **A** *corr. Bu.* || 233 aurum *Regel loc. Verg. coll.* (*Lam.*$^{1}$ *261*) auro **A**

nec uisu facilis nec dictu effabilis ulli.'
ille manu patiens' immania terga resoluit.'
ut me conspexit,' flammantia lumina torquens'
ceruicem inflexam posuit' somnosque petiuit.'
si te nulla mouet tantarum gloria rerum,'
sin absumpta salus' nec habet fortuna regressum,'
si nulla est regio, miseris quam det tua coniunx,'
i, decus, i, nostrum!' faciat te prole parentem'
egregia interea coniunx' melioribus, opto,
auspiciis.' possem' hinc asportare Creusam!'
spero ⟨e⟩quidem mediis, si quid pia numina possunt,
supplicia hausurum scopulis:' dabis, improbe, poenas,'
quod minime reris,' rebus iam rite paratis.'
IAS. Desine meque tuis incendere teque querellis;'
nam mihi parta quies,' nullum maris aequor arandum,'
nec ueni, nisi fata locum sedemque dedissent.'
⟨MED.⟩ Heu tot incassum fusos patiere labores,'
nec uenit in mentem' fumans sub uomere taurus,'
iam grauior Pelias' et aena undantia flammis'
squamosusque draco et' quaesita⟨e⟩ sanguine dotes?'

**234** *Aen. 3, 621* (effabilis **P** *ω γ* *Prisc. 18, 156, Exc. Bob. GLK V 649, 16, Gloss. Ansileubi DI 137, Seru., DSeru. ad Aen. 3, 644* affabilis **Mdr** *Macrob. 6, 1, 55, Cledon. GLK V 19, 35: de re Lam.*[2] *182*) || **235** *Aen. 7, 490* (manu **FMr** *Non. 59, 26, Tib.* manum **M**[2]*γ* **RV***ω* *GLK V 563, 3, Seru.: de re Lam.*[2] *181 s.*) + *6, 422* || **236** *Aen. 3, 306* + *Geo. 3, 433* || **237** *Aen. 3, 631* + *7, 88* || **238** *Aen. 4, 272* || **239** *Aen. 1, 555* + *11, 413* (nec *schol. Veron. ad Aen. 1, 240* neque *cett.*) || **240** *Aen. 10, 44* (Teucris, *cuius loco* miseris *ex Aen. 2, 199, al. scrips. Hos.*) || **241** *Aen. 6, 546* + *1, 75* || **242** *Aen. 6, 523* + *3, 498* || **243** *Aen. 3, 499* + *12, 880*[me] + *2, 778* (asportare **Pa bdrv***γ* *Tib., Seru., recc.* portare **M**[1] *ω γ*[1]) || **244** *Aen. 4, 382* (*Lam.*[2] *179*) || **245** *Aen. 4, 383* + *4, 386* || **246** *Aen. 6, 97* + *4, 555* || **247** *Aen. 4, 360* || **248** *Aen. 7, 598* + *3, 495* (parta quies *uoces comm.*) (= **182**) || **249** *Aen. 11, 112* || **250** *Aen. 7, 421* (heu *pro* Turne *ex Aen. 6, 878*[in] *uel 5, 615*[me] *scrips. Hos.*) || **251** *Aen. 4, 39* (= **400**) + *Geo. 3, 515* (fumans: *Lam.*[1] *275*) || **252** *Aen. 2, 436* + *6, 218* (et *uox comm.* | *Lam.*[2] *176 s.*) || **253** *Geo. 4, 408* + *Aen. 7, 423* (= **41**) (quaesitas: *Lam.*[1] *260* | et *uox comm.*)

**234** uisus **A** uisu **A**[1] | effabilis **A** *prob. Ca. defendit Mariotti (ut mecum communicauit)* affabilis *Bu.* (*Lam.*[1] *273*) | ullis *Ca.* || **235** manum *Schrad.* (*cf. Bu. addenda 727*) *ex loc. Verg. et Seruii comm.* || **240** det] dete **A** || **243** comitem *post* hinc *ex Aen. 2, 778 inseruit Bu.* | asportare Creusam] adportare creusinu **A** | *ex tribus locis Vergilianis u. contextum esse significau. Rie.*, h *pro consona habita Hos. uersum recitauisse putaui* (*Lam.*[3] *179*) || **244** quidem **A** || **245** hausuram *Ca.* || **247** tequerellis **A** *corr. Bu.* || **249** uene **A** || **250** Med. *restit. Ca.* | heu] nempe *uel* tune *supplendum esse con. Bu.* (*adn. p. 167*) *uerisimilius Hos. hanc uocem tamquam bisyllabum nulla prosodiae ratione habita numerauit* (*cf. L. Müller 369, Lam.*[3]*182*) || **251** fumans *con. Bu. loc. Verg. coll.* (*adn. p. 167*) sudans **A** || **252** et inundantia **A** *corr. Bu. loc. Verg. coll.* || **253** quaesitae *Klo.* (*72*) quesitas **A** (*Lam.*[1] *260 s.*)





⟨IAS.⟩ In regnis hoc ausa tuis:'
haec loca non tauri spirante⟨s⟩ naribus ignem'
nec galea densisque uirum seges horruit hastis,'
nec uim tela ferunt:' mitte hanc de pectore curam.'
⟨MED.⟩ Nam quis te, iuuenum confidentissime, nostras
iussit adire domos?' pelagine erroribus actus'
an fratris miseri letum ut crudele uideres?'
IAS. Siue errore uiae seu tempestatibus acti,'
quis deus in fraudem,' quae ⟨te⟩ dementia cepit'
commaculare manus,' fraterna caede penates?'
aut ego tela dedi' aut uitam committere uentis'
hortati sumus?' quae dura potentia nostra?'
MED. Nil nostri miserere,' nihil mea carmina curas?'
efficiam posthac ne quemquam uoce lacessas,'
nec dulcis natos Veneris nec praemia noris.'
IAS. Quid causas petis' et inrita iurgia iactas?'
iamque uale,' melior quoniam pars acta diei est.'
MED. Vtere sorte tua,' susceptum perfice munus.'
IAS. Nunc iter ad regem nobis;' quod te adloquor hoc est.'

